

DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 130

corā Alexandro papa sexto (quæ & imp̄ssa circūferē) habuisse dicit: nihil eorū ad man⁹ nostras meminisse. Verū sicut certo didici: elegāter scripsit:

Super titu. de acti. in institut. li. i

Super Codice quoq; li. ix

Super. ff. uaria scripsit: li. 50

Orationes & epistolas:

Et quædam alia.

Claret hodie apud principes mediolanēses maximo in precio: sub Maximiliano Romanorū rege clarissimo: & Alexandro summo pontifice sexto: Anno domini quo hæc scripsim⁹ Mill. CCCC. XCIII. Indictione. xi.

I Aurelius Burellus Diuonēsis: ordinis fratrum beatæ Mariæ semp uirginis de mōte Carmeli: uir in diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ lris egregie doctus: ingenio excellens & clarus eloquio: metro exercitat⁹ & profa: Scripsit utroq; genere quædā præclara uolumina: quib⁹ nomē suū notificauit. E quibus ista feruntur: Opus celeberrimū in laudem Helix patriarchæ carmelitarum; quod prænotauit:

Helixdem: li. i

De illustribus uiris sui ordinis: li. i

Et alia complura.

Viuit adhuc magno apud suos in precio: multa scribens & condens: sub Maximiliano Romanorū rege in uicissimo: & Alexandro summo pontifice sexto: Anno domini Millefimo. CCCC. XCIII.

Cristophorus Landinus: natione Italus ciuis Florentinus: uir sæcularium litterarū apprime eruditus: philosophiæ etiā ac diuinæ paginæ nō ignar⁹: longis annis mufarū cathedræ præfuit publicoq; munere poeticā edocuit: ingenio præclarus: scripsit opera magno in precio apud oēs habita: præcipue:

In P. Virgiliū Maronē cōmentarios.

Item in Q. Horatiū cōmentarios.

Camaldulenses.

Ethicam.

Fertur adhuc florere apud suos florentinos: quos ois lra turæ exornat florib⁹.

Iacobus Pergomēsis: ordinis fratrum heremitarū sancti Augustini: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in sæculariū litterarum disciplinis nobiliter doctus: ingenio præstans: eloquio disertus: uita & conuersatione præclarus: historiographus celeberrimus: Scripsit quædam luculentissima opuscula: quibus posteritatē memoriæ suæ fecit obnoxiam. E quib⁹ extat opus histori-arū ab initio mūdi: usq; ad annos dñi: mille quadringentos octoginta sex: uolumen grande & insigne: qd̄ multo & diuturno labore ex diuersis cōportās prænotauit: Supplementū chronicarū li. xy Pro Ciceronis uestri lra. De alijs nihil uidi.

Viuit adhuc apud Pergomēses suos in p̄cio: prope sexagenari⁹: sub Maximiliano Romanorū rege: & alexandro papa sexto: Anno dñi Mill. CCCC. XCIII.

Baptista de sancto Blasio: de padua: uir in utroq; iure peritissimus: & p̄horz eruditione præclarus: ingenio subtilis & ornatus eloquio: qui in patauino gymnasio iura publice & egregie docuit: ubi magnā discipulorū copiā erudit: Scripsit in ea facultate quædā præclara opuscula: quib⁹ ingenij uim præsentib⁹ & posteris ostēdit. Equib⁹ legi:

De priuilegijs dotalib⁹: li. i

Correlatiuorū quoq; li. i

Quæstiones de arbi. c. li. i

Sup prima ḡrica decre. li. i

Qm̄ circa dotes multa.

In hoc ope correlatiuorū.

In christi nomie. a. Qm̄.

In noie dñi nri Iesu christi.

t 2